

Sermo

vbi morbus peccatorū latet. Sunt autē tria loca in quibz peccauimus: scz in corde peccatis consentiendo. in ore male et p̄fide loquēdo. in opere turpiter agendo. Ad hec tria loca est etiā penitētia extendenda. que in corde est incipiēda. eo q̄ peccatū omne in corde principaliter habet ortum. que videlicet penitētia cū in corde incipit vocatur cōtritiō. si vero vsqz ad os p̄cesserit vocatur confessio. si vero vsqz ad opa perueniat est et dicitur satisfactio. Si ergo volumus efficaciter penitere. Primo habeamus in corde cōtritiōnez. de qua dicit per Michā. Dole sate virgo syon quasi parturiens. Itē bier. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum. Scdo penitētia vsqz ad oris p̄fessionem se extendat: et tunc dicitur accusatio vel confessio. De qua dicit Johan. i. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est deus et iustus vt remittat nobis peccata nostra. Tercio penitētia vsqz ad satisfactiōnem operū protendatur: et quia in opibz multipliciter peccamus: ideo necesse est vt emēdatiō multarie subsequatur. hinc etiā est q̄ in collationibus patrū multa ponunt exercitia quibus peccata possunt abolere et ad puritatis gratiā puenire. Primo p̄ eaz que dicta est contritiō. de qua dicit petrus. Penitemini inquit et cōuertimini vt deleant peccata vestra. Scdo p̄ confessiōnez. sicut dicit in ps. Dixi p̄hibitor aduer. me iniusti. m. do. et tu et iterū alibi. Narra iniquitates tuas vt iustificeris. Tercio p̄ laboris exercitatiōnez vt in ps. Vidi humilitatē meā et labo. me. et di. omnia pec. mea. et aplūs. Obsecro vos p̄ misericordiam dei vt exhibeatis corpa vestra hostiam sanctā deo placentē. Quarto p̄ elemosinarū largitiōnez. de qua Thobi. iij. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat. Eccle. iij. Sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatū. hinc Luce. Date elemosinā et omnia munda sunt vobis. Quinto purgamur p̄ oratiōnez. de q̄ dicitur Eccle. Ora dominū et curabit te. et ps. Ego clamaui quomā exaudisti me de. Item in euāgelio dicit veritas. Amen amē dico vobis. quicquid orantes petitis et cetera. Sexto peccata nobis dimittunt p̄pter dilectiō-

nein. de q̄ dicit petrus. Caritas opit multitudinem peccatorū. Septimo indulgētia delet peccata. de q̄ dicit Mar. Dimittite et dimittimini. et iterum. Si dimiseritis hominibus peccata eoz: dimittet vobis dñs delicta vestra. Post enumeratiōnez istoz et ad huc aliozū multozū subiungitur in collationibus patrū. Videtis quātos aditus misericordie patefecerit clemētia saluatoris: vt nemo salutem cupiens desperatiōne frangatur cum videat se tantis ad vitam remedijs inuari. Quisquis ad indulgētiā suozū criminū desiderat peruenire: predictis semetipm̄ aprare studeat instrumentis. Si ḡ ad plenum cupimus aream p̄scientie nre mundare et scobare. ex predictis omnibus et adhuc alijs multis scobam faciamus quē admodum ex multis virgulis simul collectis vna scoba constringitur. de qua dicit psal. Exercitabar et scobebam spiritum meum. p̄ quam scobam emendari possums. fm̄ apostolum ab omni inquinamento carnis et spiritus: perficientes sanctificationem nostrāz in timore domini. prestante et cetera.

.CXIII. De eodem ser. vij.

Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. ps. xcij. Sanctus propheta dauid tam ex diuine p̄sentie experientia q̄ sacre scripture intelligētia secretorum dei conscius: nouit deum habere pro delictis esse cū filijs hominū. vt dicitur in puer. Itemqz nouit deus essentialiter sanctū desiderare vt in nobis habeat mansionem. ammirando et optando dixit verbū p̄positū. domū tuā dñe et cetera. ac si dicat. Quia tu deus magnus et sanctus dulcedine tue dilectionis dignaris habitare in nobis. decet omnino domū tuam: id est animas nostras esse sanctas. quod ipse dominus mone re ostendit dicens Ero. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. quia sicut Sap. i. dicitur. In maliuolam animā non introibit sapientia nec habitat in corde subdito peccato: sed sicut ibidem. vij. dicit. transfert se in animas sanctas: et ideo si deum in anima

bus nostris habere cupimus: necesse est ut
 per deuota exercitia nos sanctificem. Que
 sint autem exercitia que nos sanctificant per
 consecrationem pontificum edocemur. Ex
 pedito primo sermone de domus distinctio
 ne. distincte domus edificatio. edificate do
 mus emundatione. nunc dicendum est de do
 mus consecratione siue sanctificatione qua
 si sanctificare cupimus: necesse est ut ponti
 fices imitemur. quia sicut pontifices mate
 riales domus materialibus exercitijs san
 ctificant. sic nos spiritualem domum spiri
 tualibus deuotionibus consecremus. Qui
 bus autem exercitijs domus dei que sunt ani
 me nostre sint consecrande. docet nos bern
 dicens. **D**e ecclesia materialis per manus
 pontificum dedicata est domino: propter nos
 sine dubio factum est: ut et nos desiderantes
 corda nostra domino dedicare ita faciamus
 idem in nobis spiritualiter impleri necesse
 est que in parietibus visibiliter precesserunt
Idem. **E**t si vultis scire. hec vniuersa sunt asper
 sio. inscriptio. crucis erectio. illuminatio. in
 unctio et benedictio. **H**ec ut ait Bern. in vi
 sibili domo faciunt pontifices. hec etiam ea
 dem christus assuetus pontifex futurorum bo
 norum inuisibiliter operatur in nobis. **V**o
 lentes igitur cor nostrum domino dedicare
 aspergamur ymbre lacrimarum sudore peni
 tentie: que videlicet lacrimae rate sunt virtu
 tis ut de prostibulo dyaboli deducunt domum
 domini. **D**e his lacrimis dicit **E**sa. **P**lo
 rans nequaquam plorabis. **A**ug. **S** fortis la
 crima vincit inuincibilem. ligas omnipoten
 tem. propter quod omnia alia affectum habent
 supplicantis. lacrima vero virtutem cogen
 nis. unde dicit per **E**sa. **P**phetam. **N**on me in
 ebriasti adipe lacrimarum tuarum. **V**erum cum
 sint diuersa lacrimarum genera secundum diuersi
 tatem deuotionis et statuum sanctitatis secundum
 quod innuit bier. dicens. **D**iuisiones aquarum
 deduxit oculus meus. quod verbum **G**re
 exponens dicit. **D**iuersas quippe ex oculis a
 quas deducimus quando peccatis singulis
 dispersitas lacrimas damus. vel quando sin
 gulis deuotionibus singulos fletus impar
 timur. **S**ciendum ergo quod omnibus
 diuersitatis consideratis sex inuenimus

genera lacrimarum. **S**unt enim lacrimae con
 punitionis. deuotionis. compassionis. pro
 prie miserie considerationis. amoris siue di
 lectionis vehementissime. desiderij accensi
 onis. **S**ed quia de his speciebus lacrimarum
 longum esset prosequi: de primis tribus tamen
 pro dedicatione cordis nostri prosequamur
Primae ergo lacrimae dicuntur conpunctio
 nis que tunc non immerito profluunt et puocantur
 cum secundum bern. ascendit homo ad tribunal
 mentis sue: ut audiat causam preterite vite
 sue. **A**ssit timor carnis. testis conscientia. ac
 cusatix memoria: et sic reuoluat et recogitet
 annos suos in amaritudine anime sue. quis
 sic faciens non cogatur prorumpere in lacri
 mas dei. **H**ec mihi domine quia pecc
 caui nimis in vita mea. **S**ecunde lacrimae sunt
 deuotionis que tunc profluunt: quando ho
 mo in deuotione sua incipit reuolueret et re
 cogitare beneficia que ei contulit deus. oritur
 quedam dulcis deuotio et fiducia de venia et
 amicitia consecuta. ex quibus gaudium spi
 rituale concipitur. et ex hoc concepto gaudio
 dulces lacrimae profluunt. **E**st autem deuo
 tio secundum beatum **A**ug. in libro de spiritu. pius af
 fectus et humilis in deum. humilis ex consci
 entia infirmitatis. pius ex considerati
 one diuine clementie. unde Bern. **F**elix ani
 ma que omnia beneficia vel saltem precipua
 studiose colligere et ante oculos mentis di
 gna cum gratiarum actione reducere curat
 perfecto cum fuerint in vasculo cordis pistillo
 crebre meditationis contusa atque commota
 deinde igne sancte desiderij simul decocta et
 demum impinguita oleo leticie erit unctio lo
 ge preciosior et aspersio excellentior priore.
Et sciendum quod primi fletus species non lon
 ge quoniam. nam penes nos absque labore reperit
 mus ac de ortulis nostris copia talium perfacile
 tollimus. **Q**uis enim non ad manum habeat
 iniquitates et peccata si non dissimulat. scilicet vero
 fletus species terra nostra nequaquam profert:
 sed procul et de vltimis finibus eam nobis
 conquirimus. terrae vero lacrimae sunt com
 passionis que ambas priores antecellunt.
 hec autem lacrimae fiunt de necessitatibus paupe
 rum. anxietatibus oppressorum. culpis de
 linquentium et postremo de omnibus quos

Sermo

rumlibet miserorum et umnis. unde Bern. Multe miserie collecte atq; oculis pietatis inspecte. ipse sunt species de quibus vngenta optima componuntur. vngenta lacrimas vocans. **H**ec tria genera lacrimarum dominus transfiguravit in se relinquens nobis exemplum ut et nos ita faciamus. Primo enim fleuit lacrimas in passione proprium dolorem et puncturas amarissimas sentiens. Secundo lacrimas deuotionis fudit super lazari. cui enim reuolueret memorie vniuersam voluntatem inter se et patrem dicens. **G**ratias tibi ago pater. quia semper me audis. cum his verbis fudit lacrimas deuotionis. Tertio fleuit lacrimas compassionis cum super ciuitatem fleuit dicens. **S**i cognouisses et tu.

Eg. Secundo ad dedicationem templi necessarium est inscriptio. **H**ec autem inscriptio nihil aliud est nisi quorundam frequens et continua memoria. que ita infra impressa et inscripta debent esse cordi ut eorum nunquam obliuiscamur. Sunt autem tria que inscribere debemus cordibus nostris. Primum est deus. Illius inscriptio ita radicitus et medullitus debet esse impressa cordibus nostris ut eius nunquam obliuisci valeamus. vnde deuter. **C**ave diligenter ne aliquando obliuiscaris domini dei tui. ps. **A**dhæreat lingua mea faucibus meis etc. **E**ccl. **G**ratias fidei iussoris tui ne obliuiscaris. dedit enim pro te animam suam. Nam ex tali memoria omnes cogitationes et opera hominis sanctificantur et nobilitantur. vnde **C**an. **P**one me sicut signaculum super cor tuum. **L**obi. **A**udi fili mi verba oris mei et ea in corde tuo quasi fundamenta construe: omnibus diebus vite tue in mente habeto deum. **A**ug. **Q**uid salubrius quid honestius quid dulcius quam cum hora eius meminisse qui nulla hora obliuiscamur nostri et sine quo nulla hora viuere possumus? **D**ebemus autem deum inscribere cordi nostro dupliciter: scilicet quantum ad diuinitatem et humanitatem. prima facit admirationem. secunda imitationem. de prima dicit **A**p. **D**altrudo. de secunda petrus. **C**hris. passus est pro nobis ut bis relinquens exemplum. quantum ad diuinitatem: quia sicut Bern. nihil capit deum nisi imago eius sicut humanita-

tem ad imitandum eum. **U**nde Bern. **A**d imaginem humanitatis dei oportet nos conformari si ad imaginem diuinitatis eius volumus reformari. **S**ecundo quod cordi nostro inscribere debemus sunt dei precepta et illa primum illa sine quibus non est salus. vnde qui in matrimonio est constitutus scribat in corde suo precepta matrimonij: et talia obsequia que oportet eum exhibere domino de matrimonio. similiter qui in religione est faciat: et sic de reliquis. vnde deuter. **A**udi israel precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe. ibidem. **V**erba que precipio tibi erunt in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis ea sedens in domo tua: et ambulans in itinere dormiensque atque consurgens: et ligabis ea quasi signum et mouebunt inter oculos tuos. scribesque ea in limine et ostijs domus tue. **P**robo legem meam in visceribus eorum et in cordibus eorum scribam. **P**rouer. **F**ili ne obliuiscaris legis mee. **E**ccl. **A**ltera te ne quiescas et maiora te ne scrutatus fueris: sed que precipit tibi deus illa cogita semper. **T**ertium quod scribere debemus in corde nostro est offensa contra deum deum nostrum quem nostris criminibus offendimus. vnde deuter. **N**emento et non obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum. **H**ec enim nec sine dolore et pudore de cordibus nostris non debet aliquantulum recedere. donec ipse deus misericors nostri hanc scripturam deleat. nam et hoc ipse pollicitus est per prophetam dicens. **E**go enim delebo ut nubes iniquitates tuas propter me. id est ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas. **H**ec triplex inscriptio cordis nostri prefigurata est in inscriptione ecclesiarum que fit in triplici genere literarum. sunt enim hebre. yce grece et latine. **D**e Tertium quod in dedicatione ecclesiarum agit est circūquaque in parietibus crucis inscriptio. sic et nos in dedicatione cordis nostri crucem erigamus eam primum deuotione memorando. **H**ec autem crucis erectio licet ad omnia bona impetranda et omnia mala amouenda summum sit antidotum sicut Bern. dicitur. **P**assio tua domine vltimum refugium. singulare remedium. **V**aleat tamen ad quicquid precipue scilicet ad sui compassionem. sui imi-

rationem. temptationum repressionem. ad tribulationum dulcorationem et dei attractionem. De primo Bernardus. Respice o homo oculo mentali pro te patientem et saltem comparere qui pro te passus est. De secundo dicit Petrus. Christi passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. De tertia figura precessit de serpente eneo: quam qui respexit sanatus est a morsu serpentis. De quarto similiter figura precessit. Exodi ubi legitur. quod cum in Maris populus aquarum pro amaritudine bibere non posset per tactum ligni. quod similiter fuit amarum: aque verbe sunt in dulcedinem. Eccle. Nonne a ligno indulcorate sunt aque. Quia quod magis presentis est ne gocij dicit Bernardus. Gaudet celestis sponsus thalamumque cordis libenter ingreditur ubi passionis sue ignominiam et resurrectionis gloriam sedula videt cogitatione versari. ubi adest sedulus. adest libens. Hanc crucis erectionem fecerat sponsa Christi que dicebat. Fasciculus mirre dilectus meus mihi. Bernardus. Et ego ab ineunte meae aetate hunc fasciculum mirre de omnibus amaritudinibus domini nostri etc. Idem. Scit quicumque habet sensum quantum christiane pietati expediat saltem aliqua hora diei passionis ipsius ac redemptionis attentius recolligere beneficia ad fruendum suaviter in conscientia. **¶** Quartum est lumen accensio que ad dedicationem ecclesiarum necessario affiguntur. sic etiam in dedicatione cordis nostri post predicta dominus accendit lumen et illuminare dignatur corda et corpora nostra. Nec illuminatio nihil aliud est nisi caritas dei que diffundit in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. In lumine autem tria sunt scilicet ardor. splendor et nitore. Sed est differentia inter splendorem et nitorem. Nam splendor est in fontali principio luminis splendet in seipso. sed nitore est in exterioribus transparens in extrinsecis rebus opacis. Similiter in lumine spiritali scilicet in charitate tria predicta sunt scilicet ardor splendor et nitore. Per ardorem caritatis. fruitionem. per splendorem spiritalium bonorum cogniti-

onem. per nitorem proximorum edificationem accipimus. De primo amore scilicet fruitione dicit Bernardus. Dulcis affectio: eo suavior quo totum divinum est quod sentitur et iterum. Verus amor cum venerit omnes in se traducit affectus et capiat. Gregorius. Cum mens nostra in dei dulcedinis amore accenditur. omne desiderium presentis vite levigatur. De secundo scribit Bernardus. dicens. In lumine caritatis duplex est cognitio: scilicet dei et mei. De dei cognitione caritas magis ac magis incenditur. impossibile enim est deum cognoscere et non amare. et cognitio autem mei humilitas procreat. Et itaque cognitio tam necessaria ad salutem quam necessaria est dilectio et humilitas sine quibus nullatenus erit salus. De tertio monet dominus dicens. Luceat lux vestra coram omnibus hominibus. ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. **¶** Quinto ad dedicationem necessaria est unctio: per quam sanctificantur altaria. per quam unctionem significatur sancti spiritus infusio. dicit enim Bernardus. quod spiritus sanctus per viam amoris infunditur deo animum. Sunt autem hec verba eius. Cum voluntas hominis eo proficit ut amor fiat: continuo per viam amoris infundit se spiritus sanctus: spiritus vite adiuvens seu in oratione seu in meditatione infirmitatem cogitans et continuo memoria efficitur sapientia cum suaviter sapiunt ei bona domini. intellectus vero sit contemplatio. Est autem triplex effectus unctionis. Unguntur enim mulieres ut pulcre fiant. unde dicit. Afferte mihi oleum et simiginata ut lauet. Secundo unguuntur reges et episcopi ut in dignitatibus preficiantur. unde in libris Regum sepe dicitur. Accipe cornu tuum plenum oleo etc. Tertio ut homines ad gaudium et exultationem afficiantur. unde psalmus. Exultet te deus deus tuus oleo leticie. per quod significatur quod per adventum spiritus sancti homines a peccatis mundantur. Secundo nobilitantur. quia ante christum desponsantur: ut sicut christus rex est et dominus: sic ante talium regine sint. Tertio gaudio ineffabili letificantur super omne gaudium huius mundi. **¶** Gustato spiritu desipit omnis caro.

Sermo

Sermo ad dedicationem necessariū est benedictio: que benedictio nō incongrue sequitur ad predicta. Qui em̄ vitā suā taliter cōpleuit vt in antebabitis est expressum: non im merito benedictus est a domino. Qualiter autē et in quibus et quomodo sit benedictus innuitur in Deutero. xviij. vbi dicit. Si audieris vocem dñi dei tui vt facias atq; custodias mandata que ego precipio tibi hodie. faciet te dñs deus tuus excelsores cunctis gentibus que versantur in terra. venientq; sup te in uerse benedictiones iste. Prima benedictus tu in ciuitate. scda. benedictus in agro. tertia. benedictus fructus ventris tui quarta. benedictus fructus terre tue. quinta fructus iumentorum tuorum sit benedictus. sexta benedicta horrea tua. septima. benedicta relique tue. octaua benedictus eris ingrediens et egrediens. nona. inimicos tuos qui cōsurgunt aduersum te corruent in conspectu tuo. decima. benedicetq; te in terra tua quā acceperis. suscitabitq; te dñs sibi in populum sanctum sicut iurauit tibi. videbuntq; omnes terrarum populi quod nomen domini inuocatum sit super te. abundare faciat te dominus omnibus bonis. benedicetq; cunctis operibus manuum tuarum. fenerabis gentibus multis et ipse a nullo fenus accipies. Constituet te dñs deus tuus in caput et nō in caudum et eris semp supra et non subter. quas benedictiones nobis largiri dignetur iesus christus dñs noster: cui cum patre et sancto spiritu sit laus. honor et gloria p̄ infinita seculorum secula. Amen.

Sermones Socii de sanctis flosculis melliflui doctoris sancti Bernardi preceptoris vtique exornati. A sagaci viro Johanne de Ertingen: in inclita Argentine ciuitate diligenter elaborati. anno a christi natiuitate. 1484. 7. idus mensis aprilis Expli ciant feliciter.

